



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Iure patronatus. Consilium CCCCLXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

fuio proprio ius patronatus ex fundatione vel donatione habeat, live ex concessione Papæ, etiam si ius patronatus ante concessionem Papæ Ecclesiasticum fuerit; ut in proposito casu, quoad beneficia, quæ olim ad collationem seu præsentationem Personatus de N. pertinuerunt. * Qualitates enim iuris patronatus metimur ex qualitate & conditione habentis; ut laicale censeatur, si laicus illud obtineat, etiam si ab initio Ecclesiasticum fuerit: & è diverso ut Ecclesiasticum censeatur, quod clericus possidet, etiam si à laico sit obtentum, d. c. 1. §. ult.

6 Quod si patronus non contemnatur, sed vel ab Episcopo, vel à resignante ex causa permutationis, requiratur, ut permutationi consentiat, poterit patronus ex iusta causa contradicere; si videlicet resignationem putaverit esse fraudulentam, puta quod verum & bonum beneficium permutetur cum ficto, ventoso, vel, ut vulgò vocant, de peritica seu conductitio, aut alioqui supra modum inæquali, c. ad quæstiones De rer. perm. ut ibi Doct. Fred. de Senis in tract. de perm. quæst. ult. Ioan. Papon. arres. 1. tit. des permutations des benefices lib. 2. si personam, quæ ad resignatum beneficium patronatum ex causa permutationis venire contendit, reperit inidoneam, vel secundum conditionem ac fundationem patroni beneficii minus qualificatam; veluti si ad sacerdotale beneficium aspiraret simplex clericus, subdiaconus, aut diaconus tantum, Panor. in c. Cum accessissent nu. 5. De constit. Innocent. in c. Quod sicut De elect. vel si qui aspirat, male vite, aut insufficientis, vel inimicus sit ipsi patrono: ferendum enim non est tantum patroni, & fundationis seu beneficii præiudicium, c. Illud De iure patron. Lapis alleg. 96. Beneficia, Gloss. fin. in c. 1. De rer. perm. lib. 6. Dominicus Gemin. consil. 45. Consuetudo: quin si contempta hac patroni iusta & rationabili contradicitione, facta fuerit per Episcopum etiam ex causa permutationis, collatio & institutio, sit annullanda ac retractanda; non aliter quam si eo ignorante, vel non requisito facta esset.

7 Ex adverso quoque si irrationabilis erit Patroni contradicitione, poterit Episcopus eam contradicitione contempta, in permutatione progredi, & ex causa permutationis vacans beneficium compertum conferre, Panor. in d. c. Cum accessissent nu. 51. Dominicus consil. 59. Queritur an Episcopus nu. 3. Quod hodie commune ferme est omnium compertum refugium; ita quod usus invaluisse videatur, ut nuda requisitio patroni sufficiat: eaq; facta Episcopus non aliter requisito vel audito patrono conferat, & Papa, nulla requisitione facta derogando expressè iuri patronatus laici, Aegidius Bellanera consil. 6. Factum pro parte. In quo tamen sunt qui putant abusum latere, cui possit per remedium appellationis tamquam ab abusu occurrere in tribunali Principis secularis, Ioan. Papon arres. 1. & 2. tit. des benefices de patron. lay. lib. 3. Ex quibus Illustris Dominus Comes facile cognoscet, quâ ratione ius suum patronatus conservare, & abusus resignantium ex causa permutationis, necnon auctorizationi Episcoporum occurrere debeat ac possit.

Conf. Wamcl. Tom. II.

De iure patronatus.

S V M M A R I V M.

Ius patronatus.

1. Patronus tempus presentandi quando currat.
2. Notorium quod est iuste ignorari non potest.
3. Intrinseus dicitur qui depositus seu privatus manet in possessione beneficii.
4. Vacationis modus falsus expressus nocet.

CONSILIVM CCCCLXXI.

Q VANDO patrono live Ecclesiastico live laico currat tempus presentandi sex vel quatuor mensium, c. 1. in fine De iure patron. lib. 6. * an præcisè ex die vacationis, an verò ex die notitiæ & scientiæ vacationis, controversum admodum est: extantque ea de re contrariæ Auditorii Rotæ Romanæ decisiones. Altera, quæ suppositâ notitiæ seu scientiæ consideratione, ipsam momentum vacationis beneficii, initium huius temporis constituit, Rota decis. 38. alias 1. sub tit. De iure patron. Altera verò ex die vacationis id non metitur, sed ex die non tantum publicæ notitiæ, verumetiam ad notitiam patroni perductæ vacationis, Rota decis. 7. Virum vacante, in antiquioribus sub tit. De præben. & decis. 3. A quo tempore sub tit. De iure patron. Quam posteriorem etiam multi sequantur, Lapis allegat. 78. verget. ad quartam quæst. Gloss. & DD. in c. 2. in c. Quia diversitatem De concess. præben. & in c. Eam te De iure patron. Steph. Bertrami consil. 222. vers. quamvis Domini parte 7. prior tamen suos quoque assertores habet, Archidiacon. in c. Statutum ad V. vacaverint De præben. lib. 6. & testimonio ejusdem Rotæ, d. decis. 38. communis esse dicitur; & novissimè per Cæsarem Lambertinum, in tract. de iure patron. lib. 2. parte 2. artic. 8. prima quæstionis principalis, multis rationibus confirmatur; potissimum hac, quod tempus hoc quadrimestre laicis patronis præscriptum sit, non in odium negligentiarum eorum, sed in favorem Ecclesiarum, ne beneficia diu vacent, & Rectore careant. Ut mirum non sit, si hoc tempus currat ignorantibus & impeditis: licet aliud sit in collationibus, electionibus, & aliis provisionibus beneficiorum, quæ dispositionem Ecclesiasticorum de beneficiis continent, d. c. Quia diversitatem in fine De concess. præben. c. 2. De supplen. neglig. prælat. ideoque illis nominatim à iure constitutum est semestris tempus à die notæ vacationis; qualem dispositionem non habet nuda presentatio, quæ iure communi, ut ceteræ provisiones, non competit, sed ex gratia indulgetur, c. ult. De iure patron. & ob id mirum non sit, si ad exercitium & usum huiusmodi gratiæ patronus laicus advigilare, & tempora exactè observare debeat. Indeque etiam fit, ut quamvis in aliis provisionibus & dispositionibus beneficiorum impedito non currat tempus; in hoc tamen iure presentationis, impedimentum non impediatur decursum præstiti temporis, quod & ab initio, & in progressu continuum esse videtur c. Si verò, c. Eam te De iure patron. DD. in d. c. Quia diversitatem.

Ex quâ consideratione subverti videtur ius quod D. Hubertus du Chesne prætenedit in beneficio altaris Beatæ Mariæ in Lierty adversus

K k 3

D. Hen-

D. Henricum vanden Roye de dicto beneficio provifum per Ordinarium loci iure devoluto ex lapfu temporis quatuor mēfium poft vacationem hujus beneficii, ex caufa privationis per fententiam Ordinarii, adverfus D. Regnerum de Blanchés Dames noviffimum Rectorem dicti beneficii; nullā factā ad illam alicujus idonee perfonae praefentatione intra hoc tempus per patronum ejufdem beneficii.

2. Cujus patroni negligentiam dictus D. Hubertus avertere conatur per illius ignorantiam de vacatione hujus beneficii ex praedicta caufa: qua ignorantia praeterquam quod nihil prodeffe videatur, ut jam dictum eft, planē improbabilis eft: tum ex eo, quod fententia non occulte, fed publice, poft legitimam caufae cognitionem lata, manifeftum & notorium fecerit: *c. fin. De cohabit. cler. & mulier.* tum quod per literas ultiores adverfus dictam D. Regnerum ad valvas Ecclefiae loci beneficii publicatas, omnibus fatis innouit hanc fententia, *c. fin. & ibi DD. De eo qui mtr. in poffeff.* ideoque ignorantia illius, quod publice notum fuit, praetexti non poftit nifi improbabiliter: quia lata culpa adfcribitur ignorare quod vulgo fcitur, & omnes intelligunt, *l. Cedere diem §. ult. l. Late De verb. fignif.* Id autem omnes intelligere cenfentur, quod ita publice femel praefcriptum, multo magis etiam in iudicio declaratum fuit, *l. Sed etji populus §. de quo palam De mltit. actione.*

Proinde etiam hac in parte ad fufinendam ignorantiam dicti patroni, & excufandam ejus negligentiam nihil prodeft, quod D. Regnerus, non obftante hac fententia, in poffeffione ejufdem beneficii permanferit ufque ad finem vitae fuae. Nam etfi id forte probabiliter allegari poftet, fi in longinqua aliqua regione, fententia lata fuiffet, non potest tamen perinde in hoc cafu, ex vicinitate loci, in quo lata fuit fententia, accedente praefertim ex eadem, publica ultiorum cenfurarum executione & publicatione, *d. §. de quo palam*; omniumque minime id dici potest, cum per specialem claufulam poffeffor beneficio ipfo fuerit privatus, *Lapud d. alleg. 68. verfic. ad quartam quaeftionem*: ita ut ex concurfu horum evidentiùs detegatur contumacia & malitia D. Regneri, non parentis fententiae Iudicis; qui fic remanendo in eodem contra auctoritatem fententiae, pro intrufo ex eo tempore habebatur. * Qui enim depositus feu privatus per fententiam Iudicis, manet in poffeffione beneficii, intrufus habetur, *vel. in c. Veniens nu. 3. De accufat. Gigas in tract. de intruso nu. 8. Rebuff. in praxi benef. tit. de fufrogat. colligitur. Gliff. 4. nu. 10. etiamfi Iudex, qui fententiam depofitionis feu privationis pronuntiavit, id fciat: hujufmodi enim Iudicis fcientia & tolerantia jus non immutat; fed praeponderante poffefforis contumacia malitia, fententia effectum fuum femper retinet. Quemadmodum ipfe Iudex cum, quem per fententiam privavit, adverfus eam reftituere aut depositum feu privatum beneficium eidem conferre non poftet; cum adverfus fuam fententiam non ipfe; fed folus Papa reftituere poftit, *l. 1. §. hac epiftola De quaeft. l. Divi fratres De ponis, Rebuff. in praxi benef. tit. de non promov. intra annum num. 82.* Et ut aliquo modo praetexti & excufari poftet*

ignorantia patroni, non potest tamen idem fieri quoad D. Hubertum, qui exactam fcientiam hujufmodi depofitionis & privationis habuit; non tantum ex eo, quod in caufa inquisitionis contra D. Regnerum testimonium dixerit, fed ex ea quoque quod idem D. Hubertus nomine procuratorio pro praefato Henrico poffeffionem hujus beneficii ex collatione Ordinarii iure devoluto facta acceperit: ita ut dolo malo patronum poftea induxerit ad hanc pofteriorem praefentationem, fuppreffa collatione per dictum Henricum obtenta. Neque enim ei tam prodeffe debet patroni ignorantia, quam nocere propria fcientia: ut regulariter fcientia unius, per alterius ignorantiam non excufatur aut purgatur, *Albericus & Lafen in l. barbarus De offic. prat.*

Noviffimè ut iufta utriufque & patroni, & dicti D. Huberti ignorantia hic poftit praetexti & excufari; ftare tamen adhuc non potest hac, quam D. Hubertus praetextit, praefentatio fpecialiter facta ex vacatione per mortem D. Regneri; ex qua non vacavit hoc beneficium, fed dicta depofitionis fententia: ita ut nihil ficille intelligatur, confrendo ex eo modo, qui non evenit; & exprimendo certum modum, ad eum fe reftinxiffe, nec alium intellexiffe cenfetur, *c. Susceptum De reftit. lib. 6.* Ita ut manifeftum quoque fit, dictum patronum, ne quidem ex die, quo notitiam dictae vacationis ex privatione diffimulare non potest, iure fuo patronatus ufum efle: & fic quoque res vertitur: fiat firma collatio iure devoluto per Ordinarium dicto Henrico facta.

De iure patronatus.

S V M M A R I U M.

Patronus intra quod tempus conferre debeat.

1. Patronus laicus intra quatuor mēfes praefentare debet.
2. Patrono intra quadrimeftre non praefentante collatio devolvitur ad fuperiorem Ecclefiafticum.
3. Patronus debito tempore non praefentans mortem non purgat.
4. Patronus intra quadrimeftre non conferendo, an in confcientia obligetur.
5. Miffa celebrande cura ad quem pertineat, & quo loco fieri debeat.
6. Beneficii collatio fub conditione vel cum diminutione fieri non potest.
7. Beneficiarius beneficii usufructuarius eft.
8. Papa omnium beneficiorum dominus ex absoluta potestate.
9. Beneficiandus in collatione quibus pactis obstringi poftit.
10. Papa beneficiorum ftatum & qualitatem immutat.
11. Beneficii collatio debet efle libera.
12. Abbatia conferri fic non potest, ut alteri inde penfo fervetur.
13. Congrua portio unde afignanda, & ubi petenda.

CONSILIUM CCCCLXXII.

ORDINEM quaftionum in literis Illuftris D. Comitiss de Lalaing propofitarum fequentes, ad primam quaeritur, an amplius differri poftit collatio duorum caftrealium benefi-